

Dissertatio medica de salvatione mercuriali ... / [Bernhard Christian Capelle].

Contributors

Capelle, Bernhard Christian, active 1668-1670.
Trumph, Johann Georg, active 1667-1668.
Universität Jena.

Publication/Creation

Jenae : Literis Samuelis Krabsii, [1668]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/yc2k99b3>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISSE^TRAT^O MEDICA 26
**SALIVATIONE
MERCURIALLI.**

Hanc
divinâ favente gratiâ,
consentiente Illustri Collegio Medico,
sistit


publico Φιλιατρων examini

P R A E S E S

**JOHANNES GEORGIUS
TRUMPHIUS,
GOSLARIA-SAXO,
MEDICINÆ LICENTIATUS,
RESPONDENTE
BERNHARDO CHRISTIANO
CAPELLE,
DETMOLDIA LIPPIACO-GUEST-
PHALO.**

ad diem IV. Januarii Anno M DC LXVIII.

JENÆ,
LITERIS SAMUELIS KREBSII.



Σὺν Θεῷ.

ΠΡΟΑΥΛΙΟΝ.

Rosa, plantarum splendor, Deorum cura, telluris ornementum, florum ocellus, odorum tropæum, pratorum purpura, & omnium pulchritudinum theatrum à *Langio* in *curios. med. & Deodato in pantb. hyg.* imo
Rosa flos odorque divum,
hominum rosa voluptas
decus illa gratiarum,

ex Anacreonte à magni nominis medicis salutatur.

Hæc, ut ut omnium delectamentorum compendium, apud nonnullos tamen interdum delectationem ex se perceptam tragico claudit dramate, & inter oblectationem jucundissimam gravissima excludit symptomata.

Silentii involvamus peplo exempla, quæ apud observatores medicos existant fide digna plurima, ubi hysterics rosam exosam deprehendimus, qualem historiam *avromēns Langius in misc. curios.* narrat de virgine, quæ inter rosas suaviter obdormivit.

Matronæ, ex odore rosæ post partum extinctæ, meminit *Höferus in Hercule medico.*

Uterinam suffocationem à rosæ fragrantia itidem posteritati consignatam reliquit *Balthasar Timæus in casib.* Sufficiant in præsentia nobis, quæ refert de rosæ in-

commodis scriptor rarissimus & laboriosissimus, *Balthasar Bonifacius historiae sue ludicra lib. I. cap. 14.* Odore suo rosa fodi didissimum animal scarabæum enecat. Canes nonnulli à rosis abhorrent. Tauri, illis oleo rosaceo naribus, vertigine correpti concidunt, teste *de stirpib. Ruellio*.

Franciscus Venerius, Venetiarum princeps, festo die sacram auditurus coronamenta rosarum, quibus altaria instructa, ne animo delinqueret, removeri jussit.

Poëtæ hinc, rosæ pulchritudinem admirati, jocandi, fabulandique sumscere ansam. Rosam priùs albam fuisse referunt, postea vero crux sauciæ Veneris infectam, in œum, qui nunc in ipsâ cernitur, colorem transivisse.

Hæc ratione Veneri sacra, & fortasse non absurdè, quia sicut brevi rosa viget, & ita Venerea voluptas: scriptæ ex re & vero *Nicol. Monardus tract. de rosar. succo.*

Ut enim

*non semper violæ, nec semper lilia florent,
ita dulcedo quævis amaritudinem quandam post se trahit.*

Idem experiuntur illi, qui quidem non in rosetis aliquod contrahunt valetudinis incommodum, sed lupanari, eeu publico, ut alicubi loqui amat *Petronius*, libidinis consistorio, & vitæ & valetudini indelebilē per omne vitæ tempus, momentaneis, & vix ac ne vix quidem dicendis voluptatibus allecti, maculam inurunt. Qui hæc viâ mortem suam anticipant, & in pravi sodalitii & vitiorum cœno se volutant, ut non incongruè illud poëtæ illis acclamandum.

Vix sine febre mori!

Voluptuarios illos dicimus, qui ut plurimum ex impietro meretricio amplexu messem metunt dignissimam, & spicile-

spicilegia agunt, harum voluptatum maxime digna agri-
colis.

LUE S est vel nomine exosa, **GALLICA**, scorto-
rum flagellum, immo ille morbus, de quo in sacris: percuti-
at te Deus ulcere Agypti, ut vult *Poterius cent. i. observ. 78.*
quem strenui ii Hercules, post hoc Augiae stabulum expur-
gatum salarii reportant loco.

Quantam præsertim in exteris regionibus hæc lues
cladem excitet deplorandam, nervosis expressit *Eustach.*
Rud. de morb. occult. lib. 5. Fures, latrones, homicidæ, a-
liique flagitiosi acriter puniuntur, at publicæ meretrices
hæc (Gallicâ) lue refertissimæ, quæ plus quam mille ho-
mines indies perdunt, integras familias ac civitates infi-
ciunt, foventur blanditiis, splendideque conservantur.

Hic Herculeus morbus tantas nonnunquam agit ra-
dices, ut nec cedere medicamentis optet, debenturque illi
non pigmæa, sed generosa remedia.

Curatio hæc infectorum perfecta olim feliciter li-
gnis, ut sancto, quod inde Franzosen-Holz dictum, & aliis
ligni speciebus, quæ cura audit die Holz-Eur.

Cum vero ætas, usus & exercitatio semper aliquid ap-
porternovi, & cum Solone γέφυρα ποταμοῖς διδασκόμενος
multaque, ut habet *Lindanus in sel. ex Tacit. annal. XV. 59.* ex-
periundo fiant, quæ segnibus ardua videntur, eadem ratio-
ne, nova hanc luem curandi per **SALIVATIONEM MER-
CURIALEM** methodus, ut generosior, est inventa.

Primus inunctionis hujus autor habetur *Jacobus Car-*
pus, qui ex solo hoc curandi modo ita dives factus, ut 40000.
scutatorum aureorum præter argentum reliquerit.

Parili fortuna ex luis Gallicæ curatione tritus perhibe-
tur *Hieron. Capivaccius*, qui hujus cura ultra 18000. corona-
torum lucratus. Tanto habetur in pretio!

Præter enim 90. & qui supersunt autores de lue venerea, etiam alii unanimi suffragio hanc curam, tanquam *χεὶρα θεὸς* *Dei ultimam manum*, uti sua appellare consuevit *Chiron medicamenta*, seriò commendant.

De lue Gallicâ, scribit *Volhardus diff. de lue venerea* §. 87. testari possumus, nos vidisse maximum laborantium numerum 3ii inunctione nullo! symptomate periculoso superveniente restitui, idque trium septimanarum spatio; imo affirmare possumus, beneficio hujus inunctionis singulis annis plus quam sex millia sanitati in unâ Parisiensi urbe restitui.

Objiciat nobis aliquis, esse hanc methodum novam, & exoticis medicamentis ob cœli & diætæ diversitatem, auctore *Simone Pauli in præf. de herba Thee*, esse abstinendum, quia sint noxia.

Difficile est, hoc de omnibus affirmare, sed tamen certum est, quid respondeamus.

Novimus & in hoc nostro climate multa felicissimæ, per hanc salivationem mercurialibus excitatam curationis exempla, non solum olim, sed retrò etiam lapsis annis in Roflincianâ praxi observata, præstita à chimiastro incomparabili, illustri Roflincio, patrono & præceptore, æternâ pietate devenerando.

Hujus heroicæ curationis dignitatem & adeò nos admiramur, ut à nobis impetrarit, non quidem, ut omnibus infectis, nullo habito respectu, sed certis solummodo, commendaremus, & vires, GRATIOSI MEDICI SENATUS consensu, in illa considerandâ experiremur.

DEUS faxit FELICITER!

CAPUT I

definitionem nominalem & realem explicat.

SALIVATIO Omen est SALIVATIO, h. e. *excretio saliva*.
Notat 1. naturalem illam sputi, sive seri ejectiōnem, 2. cum additione: sputationem arte, medicamentis, in multā copiā factam.

2. Synonyma sunt σιαλισμός, πλύσις, πνυαλισμός & πνελισμός, *Sputio, expūtio*. Germani vix unam aptam habent, quā reddant, vocem, sed illa actio significatur, wann sie viel Speichel von sich geben.

3. Etymologiæ ratione, Græcis appellatur πνελισμός, & σιελισμός, à πνελίζειν, & σιελίζειν h. e. πολλάκις πλύσιν *sperire exspuere*, ut ipse Pergamenus explicat *comm. lib. i. prorr. 30.* Latinis *Salivatio* est à salivâ, h. e. *sputo seroso*. Saliva Isidoro à sale dicitur, quod salis saporem æmuletur, aliis à salio, quod in ore saliat. Neutrum admittit *in origin. Bezman.* qui potius Græcam vocem vult κρηπτίσασιν: σιαλίς & σιαλον, unde Latinis *salivum*. Græcis est πλύσμα, σιαλίς & σιαλον. Hæc enim promiscuè usurpari, licet re differant, ex Galeno monet Sebiz. *in manuali pract. part. 2. sect. 4. cap. 47.* Quomodo vero differant sputum & saliva, explicat Dieteric. *in iatr. Hipp. p. 1082.* Saliva 1. communiter est ille liquor, qui ex glandulis σιαλόχοις, & sine tussi excernitur ex thorace cum tussi, dicitur πλύσμα. 2. saliva etiam pro spiritu sumitur e. g. una saliva est uno spiritu, απνεσὶ, in einem Athem. Sine respiratione enim vix emitti poterit saliva. Vid. Leucorei Ciceronis Buchneri Faber. 3. Saliva notat saporem, ut, saliva vini, quo sensu scripsit Seneca, salivam movere id est, gustum facere. 4. Saliva Plin. lib. 2. cap. 12. est humor alius diversus,

diversus, infit: sive est cœli sudor, sive saliva siderum. Germanis Speichel/Saxonibus Spy / Belgis Saiver.

MERCURIALIS autem natales debet voculae Mercurii. MERCURII vox variè sumitur, i. pro Deorum nuncio & interprete, Majæ & Jovis filio, teste *Venusino lib. 1. od. 12. 2. audit planeta cœli. 3. Mercurii fuere statuae viarum, quas Hermas vocârunt.* Huc forte respexit illud vetustissimum:

*οὐκ ἡνὶ πάντος ξύλῳ οὐδὲ γύψῳ,
Non è quovis ligno fit Mercurius.*

4. est terminus chimicus, & unum ex Spagyricorum principiis, de quibus consulatur *chim. Rosin. lib. 1. cap. 16.*
5. prius notat *argentum vivum.* Hinc *phiale*, quod ex argento vivo prodit, sive producitur.

Est autem MERCURIALIS SALIVATIO frequens & copiosa excrementitii & peccantis humoris morboſe per ſputum ex toto corpore per arterias & ductus oris salivales, ſine cuſſi & screatu, arte, medicamentis ex phio preparatis, facta evacuatio.

EVACUATIONEM eſſe hanc salivationem, & quidem FREQUENTEM & COPIOSAM, ut ad aliquot libras interdum ejicient ſputi de die, ſensibus patet nostris. Dum enim natura & expultrix medicamentis irritata depravatos humores, & venenatam materiam expellere nititur, hanc ejectionem salivalem instituit.

Additur MERCURIALIS, quò distinguamus illam ab aliâ salivatione, quæ aliis medicamentis institui potest. Exempli loco sit illa, quæ uſum radicis pyrethri, inde *salivaris herba* dicti, ſequitur. *Σαλιβίδης*, ſcribit *Anazarbaeus lib. 3. c. 78. Ἡ πυρεθρὴ salivaris herba eſt pyrethrum.* Γεωργίῳ πυρεθρητὴ ἡ ρίζα φλεγματὸς θειῶν ὀπτικῶν. Gustanti apparet ignea: radice verò commanducat à abundat saliva. Plura in oraculis botanicorum,

ARTE FACTA est, distincta ab illâ, quæ *morbosa*, ut in hypochondriaco malo, ubi semper os salivâ madet, unde & hypochondriaci sputatores appellantur. Distincta à *salutari*, quando interdum natura mole pressa cum ex-optato eventu talem criticam per salivam evacuationem molitur. Differt quoque ab ea, quæ *superstitiosa* veterum audit, ubi ter in sinum spuebant ad fascinum arcendum, & in mentione factâ nonnullorum morborum, ut epilepsia, de quo more vide *Mercurial. in var. lection.*

Materia evacuanda sunt HUMORES PECCANTES EXCREMENTITII MORBOSI. Non opus habent naturales & alibiles humores hâc evacuatione. Quamdiu humores manent alibiles in statu naturali, nec qualitate, nec quantitate, nec motu peccantes, potius thesauri instar conservandi, quâm extirpandi, sed tum demum, quando constitutioni naturali nuncium remittunt, & declinant ad statum p. n. fovendo aliquam causam morbificam, illique focum subministrando. Hi possunt varii esse, præprimis tamen frigidi humidi, pituitosi in massâ sanguineâ, & toto corporis habitu detentî.

Per SPUTUM celebratur evacuatio, non per sudorem, nec urinam.

Indicatur & modus excretionis non per TUSSIM, nec SCREATUM sed SPUTATIONEM. Hanc vocula- rum differentiam etiam agnovit *Sarsinas mil. glor. 3. 1.*

minime sputator, screator sum, itidem minime muccidus.

Viae per quas, non sunt ignobiles, agnoscuntur stantibus modernorum principiis ARTERIAE & DUCTUS SALIVALES in ore contenti. Nec VASA LYMPHATICA & VENAS excludimus, muniti autoritate anatomici incomparabilis, *Roflincii lib. 6. cap. 58. & lib. 2. cap. 20. dissert. anat.*

Sunt nonnulli, qui rejiciunt arterias, sola vasa lymphatica in toto corpore conjuncta in medium adducentes.

Fatemur quidem, multa adhuc naturam revelare, quæ seræ posteritati felicior prodet anatomicorum solertia, verum cum hactenus nondum $\alpha\tau\omega\psi\alpha$ nos bearit, in allatâ Rolfincianâ acquiescimus sententiâ.

Ex glandulis salivam esse, dudum agnovid Gal. 3. de anim. facult. 1 cap. 6. οἱ μὲν τῆς γλώσσης ἀδέρες εἰς τὸν λαχθάναν τῆς Φύσεως προστάθησαν. Natura glandulas linguae comparavit ad salivam generandam. Idem asserit Helmont. in latic. humor. glandularum officium. In glandulas has depositant arteriæ.

Modum, quo à Mercuriali inunctione, itemque ari ex venis solum, an arteriis, an lymphaticis, vel his simul, excernatur saliva, tendatque non ad aliam partem, sed fauces, docere, & rationem eruditio seculo reddere, censet arduum & difficile $\alpha\gamma\eta\epsilon\eta\alpha\phi\omega\sigma\delta\lambda\eta\varsigma$ $\iota\pi\tau\epsilon\mu\eta\varsigma$ $\varsigma\iota\delta\upsilon\varsigma$ \mathcal{E} lumen totius medicinae, Rolfincius, dissert. anat. lib. 6. cap. 58.

Denique ipsa subjunguntur MEDIA, per quæ, nempe ipsa medicamenta Mercurialia. De quibus fusius acturi ad ornamus.

CAPUT IX

de remediis mercurialibus.

MEDIA, per quæ excitatur hæc salivatio, sunt medicamenta ex MERCURIO parata. Hic Mercurius versipellis in modum varias ostendit medicamentorum formas.

MERCURIUS, an sit metallum, vel minerale, in medio linquimus, solummodo ejus usum ostensuri. Græcis,

cis, Dioscoridi, Galeno, Theophrasto, ἀρχαὶ φυσικοῦ, Philosopho lib. 4. meteor. cap. 8. ἀρχαὶ φυσικοῦ, aliis ὑδραὶ φυσικοῦ audit. Vid. Mercurialis in var. lect. lib. 2. cap. 14. Latinis Argentum, à colore, quo argento, in primis fuso, respondet, vivum à mobilitate dicitur. A mobilitate, quā pollet, sunt jucunda illa spectacula, quando pisa in ollâ contenta exsultare facit: quando pani incoctus, panem saltandi quasi docet artificium. Per hanc mobilitatem mobiles suos, quibus indire, annulos ad ignem reddunt, ac novum quod & insolitum, agyrtæ. Plura apud Fallop. de metall. cap. 37. de fossil. & lue freâ. cap. 76. Barbara nomina plura Paracelsica 64. collegit Unzerus in anat. §ii.

Unde hæc sit in Mercurio & in mercurialibus salivandi virtus, inter se non consentiunt, cum temperamentum §ii in scholis nostris sit pomum Eridos, alii frigidum, alii calidum affirmant, ut non immeritò §ii naturam valde abstrusam Ferdinandus in casibus, & naturæ miraculum in eo Fallop. agnoscat.

§ium naturâ calidum, contra communem sententiam demonstrat Fallop. de metall. cap. 37. & Sebiz. in manual. pract. illustris Conringius de bermet. med. cap. 19.

Frigidum plures agnoscunt.

Omnibus inter se collatis rationibus, hinc inde prolatis concludit Unzerus, esse heterogenearum partium. Idem asserit, Herc. Saxon. de lue freâ. c. 39. M. Aurelius Severinus in Pythiâ viperâ lib. 7. Lang. lib. 2. epist. 33. Argentum vivum diversis partibus conflatum, scribit Nicol. Monardus dial. de ferro part. 2. præpollente tamen caliditate, & partium tenuitate, teste Rudio lib. 4. cap. 15.

Hoc sententiarū divortium cruditissimus videns Fallopius, se duo in naturâ ignorare fatetur, quomodo magnes

trabat ferrum, & & excitet salivationem. Virtutem illam Fallopium docere conatus Hercules Saxoniam lib. 10. med. pract. c. 53. ex caliditate, & partium tenuitate, potiusque propellendo, ut Montanus, quām attrahendo, ut vult Rondeletius, agere asserit. Eadem vi, hanc partium tenuitatem sese exerere in defectu lactis, probat Saxoniam, quando mulieres plebeculæ Patavinæ ſium nuci avellanæ inclusum mammis appendunt, felici cum successu, cūm hāc ratione attenuetur crassa & coagulata lactis in mammis substantia.

Si jam collo appensum corpus penetrare valet, crassamque substantiam dissolvere: quid prohibet, quod minus possit substantiam hanc crassiorem in ambitu corporis collectam tenuorem reddere, & ad exitum parare.

ſius hic adhibetur vel crudus, vel ex cinnabari tunc vi. vificatus, & per corium cervinum granulatim expressus.

Arte chimicā quæ parantur, variae sunt, licet internē rarus eorum usus.

ꝝ ≡ TUS VULGARIS descriptus in chīm. Rolf lib. 5. ſect. 5. cap. 1. vix internē huic scopo infervit. Observatum tamen, quando mulierculæ aī naꝝom̄o ulpa pulchritudinis & formositatis studioſa in fucis faciei adhibuere ex inconsiderato hujus ſtūti uſu, singulari fermentatione commotis humoribus salivationem cum exulceratione fauum pertinacissimam fuisse exortam, exempla sunt apud Forest. lib. 14. obſerv. 23.

Sed quanto cum damno hujusmodi ſialia cosmetica usurpentur, teſtantur exempla. Facies tandem amittit nitorem, dentes vacillant, cūm ſilia radices dentium corrondant, quodſi fœminæ hoc agnoscerent, ab iis tanquam à peste fugerent, ſcribit Fonſeca tom. 5. consult. 46. Eadem improbat Panarolus. Cosmetica, ſcribit, quæ ſium ≡ tumadmit-

admittunt, pestifera & lethalia sunt, fatuitatem, paralyticum, & apoplexiam parant. Sectum fuit aliquando meretricis cadaver, in quo 3. globuli $\frac{1}{2}$ ii inventi fuerunt, si scirent mulieres $\frac{1}{2}$ ti damna, faciem potius stercore, quam sublimato tingerent. Hæc ille.

Hic per transennam illam anneximus quæstionem: an virginibus concedendi fuci, & an formæ artificem, uti loquitur *Propertius*, debeant admittere, & faciem purpurissare? Rejiciuntur à pluribus, conceduntur à multis ad album; ad rubrū damnantur. Potius laudamus *Panarolum*, qui melius commendat sexui sequiori cosmeticum, puritatem & simplicitatem, quâ viri amantes gaudent. Stultissimæ sunt, si larvatae accedant, cum homines facillimè fucum cognoscant, & contemptores sint falsitatis & mendacii, Christianæ mulieres ejusmodi fucos parvi pendant, monito *Cypriani* morem gerentes, *tract. 2. de habitu virgin.*

$\frac{1}{2}$ TUS ALBUS VULGARIS, RUBER, de quibus consule *cbim. lib. 5. sect. 6. cap. 1. & 2.*

$\frac{1}{2}$ DULCIS, Draco mitigatus *Beguini*, panacea *Quercetani* utilem h̄ic præstat operam, licet multi sint, qui salivationem ab hoc non semper excitari; sed solummodo sanguinem purificari contendunt. Observavimus tamen, in scabioso excitatam, cum levi salivatione, dentium vaillationem à dulci, exhibito ad $\frac{1}{2}$ jv.

TURPETHUM MINERALE. De hoc vid. *Schröder*. aliosque. Utilem fraudem esse scribit *Primeros. lib. 4. cap. 30.* illis, qui $\frac{1}{2}$ alia abhorrent, $\frac{1}{2}$ alia sub ficto nomine exhibere.

CAPUT III morbos, in quibus valet, recenset.

Hæc, ex $\ddot{\chi}$ iali salivatione, morborum curatio, perhibetur casu, ut plurima medicamina alia, inventa, nunc ex instituto administratur in lue Gallicâ.

Ex Arabum monumentis didicere veteres commendatum $\ddot{\chi}$ in ulceribus. Adhibuere ergo & ulceribus Gallicis. Hinc ex accidente, & casu potius, quām in instituto, subsequuta salivatio, & per salivationem curatio.

Nunc autem ex instituto adhibetur in lue $\ddot{\varphi}$ eâ. Dum autem adhibuere in lue $\ddot{\varphi}$ eâ, casu curavere insimul alios pertinacissimos affectus. Sic restitutus epilepticus lue $\ddot{\varphi}$ eâ infectus administratâ salivatione, teste Rofincio lib. 6. sect. 3. cap. 1.

Andreas Bacius de thermis lib. 6. afferit, esse empiricos, qui ad omne morborum genus salvationem cōmendent.

LUIS VENERE Æ curam totam consistere in hac salivatione, imò unicum ejus antidotum esse, testantur pluri, ut *Fracastorius* scripsit, hoc remedium à DEO esse ad curationem Gallicæ luis monstratum. Hanc salvationem ex hydrargyro certissimam esse luis Gallicæ antidotum, probat *Hildanus* cent. 5. obserbat, 116. ex *Joh. de Vigo* lib. de *morb. Nicol. Massa* lib. de *morb. Gall. Paræo* lib. 9. cap. 10. Hanc hydram, (luem $\ddot{\varphi}$ eam,) solus oppugnat $\ddot{\chi}$ ius, scribit *Ballon.* consil. med. lib. 3. cons. 110. $\ddot{\chi}$ ius luis hujus p̄i ζ onu Θ . *Finck.* in *enclir.* & *Quercet.* in consil. de lue $\ddot{\varphi}$ eâ. Inunctionem denegare Gallicis, est derelinquere sensum, & experientiam, præter rationem, infit *Epi b. Ferdinandus* in consil. Fateor, nobilius medicamentū Mercurio ritè præparato in morbi Gallici curatione vix inveniri posse, licet multi contrarium contra experientiam & rationem statuant, scribit *Horst. epist. medic. sect. 17.*

In morbis alijs, incipiendo ab universalibus, etiam valere, experientia testatur.

In FEBRIBUS INTERMITTENTIBUS, quæ criticâ salivatione, autore *Coo lib. 1. epid. sect. 3.* terminari solent, observata fuit salutaris. In febre malignâ cum perticulis laudat *Fonsecat om. 2. cas. 31.*

Capiti & divinæ Palladis arcis insultantibus affectibus salutaris existit medela.

DOLORREM CAPITIS refractarium, levi salivatione sublatum, annotavit *cit. l. Rofincius.*

VERTIGINEM per consensum hypochondriorum interpolatam, nullis remediis cedentem, sanatam salivatione, docet *sæpius laudatus Rofincius.*

MELANCHOLICOS sublevari hâc viâ, docet *Valles. & Hoffman de usu & abus. chim.*

In MANIA multum proficere nos posse hâc methodo *Rofinc. in epit. cognosc. partic. aff. lib. 1. part. 2. c. 18.*

EPILEPSIAM sublatam salivatione, ex superioribus patet. Hinc in epilepsia inveteratâ consulit *Bened. Sylvat. cent. 1. conf. 47.*

CONVULSIONES & DOLORES ARTUUM in plicâ Polonicâ, nullâ aliâ antidoto tolli posse, confirmat experientia *Herculis Saxonie lib. 10. de plica cap. 56.*

In defluxione CATARRHORUM laudat cum *Fra castorio, & Saxonie Fonsecat om. 1. conf. 56.*

Vitia OCULORUM, ab opticorum nervorum potissimum, & cerebri propè opticos obstructione, hoc unico inunctionis præsidio, post alterantia & alia ocularia medicamenta in cassum adhibita, fuisse sublata, expertus *Rhodus ad Sptalium.*

In PLICA POLONICA commendat *Saxonie lib. 10. in pr. Fonsecat om. 1. conf. 1.*

In SCROPHULIS pilulas ex X^{o} extollit *Balloni. conf. 34. lib. 3.*

In GONORRHœA GALlica. Fonsec. conf. 64.

Som. I.

SCABIEM INVETERATAM tollit. Vid. Senn.
med. pr. lib. 6. part. 4. cap. 21.

ARTUUM vitiis, arthritidi, podagræ, chiragræ subvenit. Nec obstat exemplum infelicitis curationis *Hildani* cent. 4. obs. 82. Ipse enim *Hildanus* errorem hic agnoscit, adhibitat sc. non prius purgato corpore.

ULCERA *xanoſteα*, chronicæ huic tandem cessisse remedio, aliquot historiis confirmavit *experientissimus cibi-*
mater Rofſincius d. l. & Caldera in illustrationib. ad tribunal.
pag. 100. scribit, illud miri est, quod gutturis ulcera Gallica
promptissimè unctione hydrargyri sanentur.

CAPUT IV

dubia quædam resolvit.

Perenne in orbe nibil. Idem fatum nonnullas manet opiniones. Nonnullorum judicio ad cœlum usque tollitur, ab aliis culpatur.

Qui rejiciunt hanc MERCURIALEM SALIVATIONEM, nimis sanctè custodire illud videntur dicterium, quod Asclepiades, autore Celsi lib. 3. de remed. cap. 4. officium medici esse dicat: ut CELERITER, TUTO & JUCUNDE curet. Idem etiam inculcat lib. 14. metb. med. cap. 13. Pergamenus, de tumoribus agens, illos curandos esse præcipit secundum tres scopos. 1. ὁ πεωτικὸς οὐ τούς χεργάς τῆς γεραπείας βερχόμενος. 2. τὸ διαθέντως αὐτὸν ἐξασθενεῖ. 3. καὶ τετραδημί τοις οὐ σφάλεια. Primus scopus est temporis curandi brevitas: secundus curatio dolorum cito: Et tertius curatio tuta.

Verum hæc SALIVATIO MERCURIALIS nec CITA
est,

est, cum non possit paucorum dierum spatio absolvi, sed integros menses ad perficiendam ex fundamento curam requirat.

Nec T U T A habetur tum ob materiam per quam efficitur, mercurialem, tum ob effectus.

Materia est M E R C U R I U S. Mercurius est medicamentum periculi plenum, est venenatus.

Effecta sive SYMPTOMATA, quæ producit, sunt gravissima. Hæc, si nihil aliud, & ægrum & medicum deterre posse. Oriuntur oris, faucium erosiones, exulcerationes, ulcuscula, linguae intumescentia, dætium mobilitas, labiorum excoriatio, oculorum inflammatio, cordis anxietas, artuum dolor, convulsiones, alvi fœdæ dejectiones, omniumque facultatum languor.

Insuper raro felix respondet curationi eventus.

JUCUND A minime est perpetua salivatio, ubi nec de die, nec de nocte sunt halcyonia.

Hæc itaque si sint obstacula, videremur actum agere, si commendaremus, nisi prius sublatis dubiis.

Verum his & similibus obstaculis ex asse, &, ut solet, adcuratissimè obviam ivit illustris Rossinc. in aurea meth. comment. lib. 6. sect. 3. cap. 5.

Conceditur quidem TEMPORIS BREVITAS, requiritur longiuscula temporis mora. Sed satis citò, si satis bene, & canis nimium festinando cœcos parit catulos. Non omnes affectus admittunt brevitatem temporis, potius in oculis habendum illud Hippocraticum libr. de arte, ἐτῶ τάχις μᾶλλον, αὖλον ὡς δεῖ δημιουργεῖν, οὐχ ὥστε πεπονισθεῖν. Non celeritati magis attendendum, quam ut, quomodo oportet, perficiantur, neque defectuosè. Finis exoptatus coronat opus.

TUTAM curationem vix infringere poterunt dicta

incommoda. Non semper locum habet securitas absoluta in affectibus refractariis, interdum tentandum aliquod ex re & ratione praesidium. Interdum melius, anceps in anicipiti casu, quam nullum, experiri remedium, & multa experiundo fiunt, quæ segnibus ardua videntur, scribit *Lindanus select.*

Absolutè tutam curationem in omnibus curationibus minimè valere innuit *divinus Senex* libro *τόπων, de locis in homine.* Ubi in hydroperico, nullis aliis conferentibus, jubet καίνω ὡς θητικολαιόταρα πέρι τούτου Φάλας κύκλον inurere tenuissimis & levissimis crustis umbilici circumferentiam, & addit, ταῦ νοσημάτων, οὐδὲν θητικονότατον θεῖν τούτον οὐδεινδυνότατον θεῖν. Cumque morbus inter alios periculosus, in his periclitari oportet. Licet videatur periculosa hæc curatio, non tamen semper exitialis. Non omnes periculosæ navigationes naufragæ : non omnes periculosæ curationes vitæ insidiosæ. Dubia salus interdum certâ desperatione potior.

Ignavia nostra facit, scribit *Maffarius*, quod non curamus magnos morbos quia nunquam nos expeditimus ex lenientibus. *Timiditas & imperitia* facit, quod in magnis mortis pygmæis immoremur remediis, qui non nisi giganteis cedunt. Dum securitati nimis consulimus, in generositate deficimus.

Si omnes periculosæ rejiciendæ essent operationes, paucæ chirurgicarum operationum salvæ manerent. Exinde relegaretur ad Garamantas & Indos sectio herniarum, calculi &c. quam & tantum estimavit *Hippocrates*, ut ob periculum, ne diffameretur medicina, juramento Hippocratico inservierit, se non velle ποιεῖν τὰς λιθιῶντας secare calculum, & tamen interdum feliciter cedit.

Mercurium venenū esse, probant ex Galeno lib. 4. de simpl. fac. qui Mercurium inter ea, quæ necessariò lèdunt, refert.

Verum Galenum lib. 9. simpl. facult. quo timidior & incertior de s̄o nemo, autore Claudio Deodato, scripsit, palinodiam cecinisse, cum addat: se nunquam experimentum fecisse, eleganter explicat Eustachius Rudius de morb. occult. Non itaque propriè, sed impropriè appellari venenum merebitur. Si verò impropriè sic dicta venena, ut quæ solummodo in nimiâ quantitate adhibita, corpus lèdant, essent prescribenda, nihil generosorum remediorum intactum relinqueretur. Ipsa medicamentorum Regina, berriaca, intempestivè adhibita, veneni locum implebit. Ipsum coriandrum, ipsi Dioscoridi, nobis innoxium, suspectum. Adi Sim. Pauli in quadrip. Forsitan huc oculum direxit Mercurialis lib. 1. cap. de compos. medic. cum ipsum mosbum venenū existimat, si ut medicamentum intus capiatur, eò, quod va- sa aperiendo sanguinem prolixiat.

Quod itaque res est, non esse venenum, inter se collatis sententiis concludit, multis scriptorum autoritatibus munitus Unzerus lib. 1. anat. spagir. §ii.

Insuper experientia probat, non esse venenum à totâ substantiâ, cum nec in minimâ, nec magnâ quantitate assumptus interficerit. Paracelsus lib. 20. de venen. cap. 28. Botallus lib. de lue freâ 17. Bravavola, Fallopius, Sylvaticus, Palmarius, Matthiolus & alii plures, qui unanimi suffragio s̄ium in medicinam admittunt, unico forte Fernelio excepto, qui suavissimo latinitatis nectare, elogio Deodati apud Hildan. in obs. priscorum Arabum barbariem nobis condidit, hic libello suo de lue freâ omnibus ingenii & eloquentiæ viribus s̄ium è medicâ familiâ deturbat, ex intempestivo ejus usu infelicem observans exitum. Verum Fernelius, alias doctissimus, in generosis artis operibus nō fuit exercitatus.

Exempla enim innoxie 1. casu, 2 studio, 3. malitiâ, 4. consilio medico, assumui hinc inde prostant.

Refert Thom. Jordan. lib. 3. de pest. phænom. Marchionem Brandenburgensem Georgium, noctu ad sitim ex: inguen-dam, fortè lagenam & plenam, vini loco, arripi entem, in-noxiè illum iterum excreuisse. Hydrargyrum in vase a-quario clausum, scribit Platerus lib. 3. obs. ult. casu pagana mulier sumsit. Terrore perculsa ad me rediit, in itinere magnam illius, & in meo hypocausto involuntariò innoxiè deponebat copiam, nec quid mali postea sensit.

Studio assumserat ille apud Wierum lib. 4. cap. 6. impi-us mendicus, qui assumto innoxie & obstructo suis di-gitis podice, inquietum dæmonem simulabat. Qui dolus deinde animadversus, poenæ rotæ est adjudicatus.

Malitiâ ex merâ dedit innoxie mœcha illa, de quâ Au-sonianum eleganter ludit epigramma 10. in Eumpinam ad-ulteram.

Toxica zelotypo dedit uxor mœcha marito,
nec satis ad mortem credidit esse datum,
mischt argentilethalia pondera vivi,
cogeret ut celerem vis geminata necem,
Dividat bæc si quis, faciunt discreta venenum,
antidotum sumet, qui sociata bibit.
Ergo interfese dum noxia pocula certant,
cessat letalis noxa salutifera
protinus, & vacuos alvi petiere recessus
lubrica dejectis, quâ via nota, cibis.
Quam pia cura Deûm! prodest crudelior uxor,
& cum fata volunt bina venena juvant!

Ex medico consilio adhibuit & veterum & recentio-num ætas interius innoxie.

Ad vermes expellendos crudum $\ddot{\text{x}}\text{ium}$ *Trallianus lib. 6.* laudat, & *Brassavola, Fernelius, Augerius* *com. i. lib. 2. epist. 1.* *Libavius tom. 2. syntagm. lib. 1. cap. 13. Plater. part. 3. pr. cap. 13. Heurn. de capit. affect. cap. 33.*

In ileo internè crudum suadet *Paræus lib. 20. c. 30. Bac- cius de thermis lib. 5. cap. 11.* Exempla felicis curationis ha- bet *Henr. ab Heer observ. 2. lib. 1.*

In partu diffcili olim commendavit *Mattbiolus ad 3j,* in mulieribus *Goritiensibus, lib. 6. cap. 28.* Imò novimus Bru- nopoly medicum practicum felicissimum, qui eo adhuc fe- liciter in difficultate partus utitur.

Non itaque $\ddot{\text{x}}$ potest esse suspectus, licet nec nos cru- dum interius suadeamus. Vid. *Senn. l. 3. pr. part. 2. cap. 5. Fa- ber part. 3. l. 5. cap. 6. Lang. curios. med.*

$\ddot{\text{x}}$ lia medicamenta legitimè præparata ita cicurari possunt, ut omnes silvestres deponant atomos.

Duro nodo durus quærendus cuneus. Est curatio heroica, non pygmæa.

Symptomata, quæ interdum sequuntur, & hæc respi- cere debet medicus, oris vitiis, gargarismatibus, aliisque aliter, de quibus consulendi practici, in primis *Joel lib. 10. pag. 551.*

Quod autem non semper respondeat felix curationi restitutio, id ex parte ægri est, hujusmodi generosum sper- nentis præsidium; ex parte medici, non, vel minus legiti- mè administrantis. Non statim adhibeat alia medicami- na, si forte non statim sequitur operatio. Nihil æque, cen- sente *Seneca epist. 2. sanitatem impedit, quam remediorum crebra mutatio.*

E xpientiâ novimus, scribit *Hercules Saxonius de plic. Polon. lib. 10. c. 57.* periculosa fieri operationem hanc potius

ex inungentium imperitiâ, quam ex medicamenti facultate. Ego sancte pergit, ac religiosè palam profiteri possum, me plures jam desperatos ac miserrimè viventes unico remedio integrè sanitati restituisse.

Consentit Epiphanius Ferdinandus, seque 150. Gallicos nullo malo symptomate remanente, §ii inunctione personasse affirmat, ex quibus solummodo tres mortui, binifenes, & juvenis cacochymicus, ob errores diætæ.

Dolores hujusmodi post inunctionem relictos, non esse adscribendos ipsi inunctioni; sed humoribus ex neglectâ præmittendâ evacuatione residuis, confirmat Ballonius lib. 2. conf. 2. Quæ itaque sinistrè adhibentur remedia, plerumque sinistrum habent esse cum.

Nos non negamus ex usu §ii posse subnasci periculum, sed ex usu præpostero, nec ritè præparati. Omnia bene pensaret medicus, ipseque suum faciat & æger officium, monente Hipp. i. aphor. 1.

INJUCUNDITAS tanti æstimanda non erit, ut ejus respectu planè contemnenda. Licet interdum æger pessimè habeat, bono animo sit medicus, scribit alicubi Hartmannus.

His itaque præmissis, & quoad fieri potuit, resolutis, non dubitamus SALIVATIONEM MERCURIALEM in thronum meritæ dignitatis evehere, ipsamq; administrandi rationem brevissimis subjungere, observatis omnibus ante, in & post mercurialium medicaminum applicacione,

CAPUT V
ea, quæ ante applicationem consideranda, examinat.

Mnis curationis cardo vertitur in duobus, ē tō ὅπ,
quod nq̄i ēt tō πῶς, quomodo.

Tō ὅπ est ipsa medicaminis INVENTIO, & con-
sistit in delectu fundato in naturā & essentiā τοῦ οὐδεινύου τοῦ,
ἢ αὐτούδεινυοῦ indicantis, permittētis, & contraindicantis.

Hæc enim qui negligit curaturus morbum, vix suum
impertrare videtur scopum, imo in sanctas divini Hippocra-
tis peccare leges, quibus i. epid. sect. 2. i. 5. jubet ἀκεῖν ἀθλί τὰ
νυστατὰ δεῖ, ὡφελέσιν, οὐ μὴ βλάπτεσιν, exercere oportet circa
morbos, ut pro sis, aut non noceas.

Probè itaque considerandum erit, num hujusmodi
instituta per φialia salivatio, præprimis cùm acerrimos &
abnegatos hostes habeat, conveniat? pluresque ē contra-
rio sint, qui extollunt? Non laudamus usum indiscrimina-
tum nec temerarium, sed consideratum & præmeditatum.

In oculis habendum illud *Mesueum*: Esse pruden-
tiæ granum, ad medicinas fortes non devenire, si debiles
suffecerint.

Hæc generosa curatio iis convenit, qui decoctorum,
ad plures dies ordinatorum, & carcerum 40. dierum, Laco-
nicorum, in curatione luis Gallicæ sunt pertæsi, nec quic-
quam ex illis adjumenti sensere.

Quibus pigmæa remedia sufficiunt, non cogendi ad
hanc sacram anchoram. Quod pharmaca non curant, ignis
curat; sic: quod ligna non curant, curat φιus.

Quibus tria illa, autore Nicol. Monardo de simplic. cap. 20.
ex Americâ sive Indiâ occidentali fallata, toto orbe in luis
φρεσ restitutio celeberrima, lignū guajacū, radix cbinae,
& sarsaparilla, licet hanc smilacem asperam novi orbis ex a-
liorū sententiā vocitet Carot. Clus. rarior. plant. lib. 1. cap. 80.
non valent, valeant iis φialiæ; quod vegetabilia non exhau-
rit, absunt mineralia.

Qui

Qui æger huic curationi generosiori se renuit submittere, abeat in malam crucem cum fœdo suo malo. Qui medicus hujus curationis negotium non intelligit, vel abhorret, committat idem aliis, ne excusable morbo tandem fiat incurabilis.

Nos tenore ante allatorum, ne illotis, quod dicitur, manibus, hujus curæ descriptionem aggressi videamus, & INDICANTIA, PERMITTENTIA, & PROHIBENTIA indicamus, quibus probè & ex arte pensitatis, labi vix poterit, qui illam commendat.

INDICANT hoc curationis genus non solum lues fea, sed & alii affectus, qui dependent ab humoribus excrementitiis in massâ sanguineâ & habitu corporis detentis, præcipue frigidis humidis, pituitosis. *Rof. inc. ord. Et metb. comm. acr. apud lib. 6. sec. 3. cap. 1.* Omnes tamen morbos huc reducere nolumus, licet experientia fortè posteritatis ad plures accommodabit. In quibus conveniat, de iis *suprà*, in quibus minimè, *paulò post* agemus.

PERMITTUNT

I RES NATURALES. 1. *Temperamentum.* Magis pituitosos & serosos, quam biliosos respicit.

2. *Modus substantiae & habitus corporis.* Robustioribus, viscera sana habentibus potius, quam infirmis consuenda.

3. *Ætas.* Hæc etiam, monente *in aphorismis Coo*, vel semper respicienda. Media, ut omnium ætatum firmissima, ita maximè hic apta censetur. Non conceditur senilis, nec puerilis. Hujus quidem exempla aliquot in scriptorum lectione observata exhibemus.

Non abhorruit *Saxonia prax. lib. 10. cap. 53.* infantulos plicâ Polonicâ laborantes, quos alia ratione præservare aut curare difficultimum existimat, huic præsidio exponere.

Infans de mammis pendens à matre inunctā , salivationem pertulit, apud *Hildanum*.

In puello duorum mensium, adhuc lactante, instituit *Ballonius lib. 1. Consil. 92.*

In puerulo principe lue ♀eâ ex lacte nutricis infecto, feliciter consulit *Radius de occult. morb. lib. 5. c. 15.*

Plura exempla adducit *Botallus de lue venere* à pag. 545.

4. *Sexus.* Uterque solatium hinc exspectare potest, nisi forte prægnantes excipias. In quibus tamen admittunt, *Hildan. cent. 5. obs. 117. Nicol. Massa de lue ♀eâ tr. 3. cap. 9.* Sint tamen, si admittendæ, 1. robustæ. 2. mediis mensibus. 3. non nisi summâ necessitate, ubi melius, anceps, quam nullum experiri consilium.

II. RES NON NATURALES:

1. *Anni tempus.* Si malum dat inducias, VERNUM eligitur. Æstate etiam & hieme in Laconicis non rejiciendam, autor est *Saxonia*. Alias necessitate jubente, quodvis tempus commodum esse debet.

2. *Regio.* Monet *Hipp. 1. aphor. 2. Πτιθλέπτν δεκαγή χώρην* considerare oportet regionem. Non solum exteræ regiones ferunt, sed & nostrum clima. Cur in Germaniâ hæc rarer sit: causam reddit *Hüfer. Herc. med. lib. 3.* quia corpora Germanorum sint magis compacta. Novimus tamen superioribus annis feliciter salvationis in Gallicis, non procul abhinc, à *Rofincio* institutæ, exempla.

III. RES P.N. supra enarratæ.

PROHIBENTIA.

Sunt 1. *virium imbecillitas*, quem admodum enim ad omnem evacuationem, ita & ad hanc, earum requiritur constantia.

2. *Senectus decrepita*, quæ ut plurimum imbecillis, ne infametur generosum hoc remedium.

3. *Cacochymia, & habitus plethoricus*, quæ, antequam non solvantur, non admittunt. Et hoc est, quod tam anxie monent autores, esse admittendam inunctionem, sed semper præmissis universalibus. Ex subitâ enim commotione humorum imminet periculum suffocationis. Omnes errores infortunatæ curationis ex neglectâ solenni evacuatiōne hîc oriri, autor est l. c. *Ballonius*.

4. *Viscerum debilitas*, nisi decocto ligni, vel rad. chines corrigatur, & specificis.

5. *Dies caniculares, & aestas intensissima*, ubi omnes evacuationes prohibet *Hippocrates*.

6. Nonnulli *affectus*: corporis tabes, oris ulcera, fauiciumq; pathemata, ne per partem affectam materia ducatur.

7. *Affectus pectoris*, ob metum suffocationis.

His præmissis, & optimè consideratis, ipsum applicationis modum anneximus.

CAPUT VI. Applicatio ipsa.

Variâ formâ MERCURIALEA ægro communicari possunt, vel INTERNE vel EXTERNE.

INTERNE exhiberi potest *sius dulcis* sive *panacea Holsteinensium*, & *panacea duplicata Quercetani*. Agit mitiori modo, ac *sius* ~~rotundatus~~ ruber.

Potest dari vel in pulvere, vel bolo, vel pilulis, perinde est, quam eligat æger formam. Cum *conf. famar. confect. alcherm.* vel alia, quæ arridet, in formâ boli, vel pilularum, quo celerius deglutiatur, ne manducando dentes vacillare faciat, quod ab ejus exhibitione aliquoties observavimus.

Paradigmata quilibet levi negotio pro suâ intentione concinnare poterit medicus, paucula exhibemus.

- Ez.** panac. dupl. Quercet. g. viij.
 pulv. gialap. 3*β*. cons. res. vel
 viol. vel agerati, vel fumariae, vel fl.
 sambuci, 3*if*. F. s. a. Bolus. D. S. Früezucker.
Ez. 2*ii* dulc. 2*i* g. vj. mastich. pulver. 3*β*.
 M. F. Pulvis. D. ad scatulam.

Pilule Xiales claræ Barbarossa. Tot sunt descriptiones pilularum Xialium, quot de lue feâ scriptores scribit *Renedeus lib. 2. sect. 4. c. 20.*

Pilularum Xialium Patavinarum descriptionem hanc dat *Saxonia de lue feâ*.

- Ez.** rhabarb. electi pulver. 3*if*. scammon. 3*if*.
 pulveris. misc. cum succo limon. add.
 argentivivi per pannum transmissi, & mortificati per
 eundem limonum succum 3*β*. moschi g. x. farine parum.
 M. F. s. a. MP. Dos. 3*j*. per spatium 30. dierum contin.

Vel:

- Ez.** MP. de fumar. 3*j*. X dulc. 3*β*.
 resin. gialap. g. v. F. Pil. n. xxI.
 S. Sonderliche Pillen auff einmahl.
Ez. 2*ii* dulcificati g. viij. resin. tereb. 3*β*.
 M. F. c. sir. fumar. l. a. Pilulæ n. 2.

Horum unum eligi potest, & horis matutinis, vel in iusculo, vel cerevisia calide cum pane paratâ, vel dec. hordei passulato exhiberi.

Continuari exhibitio debet, per triduum, vel per quatuor interposito quodam dierum intervallo, vel integris octo diebus.

Si non sequatur statim primâ vel secundâ exhibitio-

ne salivatio ex sententiâ, minimè hasta abjicienda, cum una naturæ constitutio alterâ sit præfractior, & generosior resistat.

Notum est sæpiissimè ex ore *illustris Rofincii* acceptum memorabile tale exemplum. Imploratus *o ποντικόν Rofincius* aliquando à studio scabioso in consilium, subministravit illi probatissimum suum *χιαλε* unguentum ad inungendas artuum juncturas. Hoc forte fortunâ adspiciens contubernialis scabiosi, qui etiam florum horum perceperat primitias, tacito ausu, nec contubernali, nec medico interrogato, hujus unguenti particulas clanculum suo inungit corpori. Quid fit? Hic injussus quasi, altero citior in salivationem tantam incidit, ut post, re detectâ, ad sistendam salivationem ipsius Rofincii expeteret manum saluberrimam. Quæ post utrumque feliciter restituít.

Potest itaque altero alter citius salivare. Ergo opus patientiâ.

EXTERNE applicandi consuetudo implet aures omnium. Multiformi peragitur modo.

Mirum, quod refert *Hildan. cent. 5. obs. 114.* se obser-
vasse ex adspersione *χιαλί* in ulceribus ralem salivationem
subsequutam, ac si hydrargyro fuisset inunctus. Hæc admi-
nistratio fit

i. per *χεῖσιν* sive INUNCTIONEM Perficitur un-
guentis, omnium suffragio, tutioribus, ex *χιο*, aliis additis,
confectis. Hanc per unguenta administrationem solum *Vi-
gonem* cognovisse, scribit *Zacutus*.

UNGVENTORUM MERCURIALIUM varia hinc
inde componendi observatur ratio.

Saxonia præcipit, si adsint tophi, emollientibus axun-
giis, anatis, anseris, ursi, cruris bovinis, oleis & butyro non-
salito,

salito, $\frac{1}{2}$ iūm esse admiscendum: si adsint ulcera, myrrha, aloë, cerussa, lithargyrium, cinnabaris adjungenda, & cum salivā humanā $\frac{1}{2}$ iūm extinguendum, quam extinctionem omnibus aliis præfert *Zacutus*.

Admiseri possunt roborantia alia: *crocus*, $\frac{1}{2}$ *lignis sancti* ex mente *Saxonie*, $\frac{1}{2}$ *viperæ* addit *Bened. Sylvaticus*. Nonnulli *mitbridatum* & *tberiacam* assumunt, alii tamen ob caliditatem rejiciunt. Quo tamen simpliciora, eò meliora ex mente *Zwelferi*.

Pro ditioribus admiscent in fine *moschi* 3*j.* *ambre* 3*fl.*

Unguentum $\frac{1}{2}$ iule an recenter paratum, an fermentatum exhiberi debeat, dissentunt. *Nicol. Massa lib. 4. cap. 2.* & *Alcacar. lib. de morb. Gall. cap. 19.* censem, prius per aliquot menses relinquendum pro fermentatione.

Verum nihil impedit, quod minus recens in usum trahatur, observavimus enim ex hoc recenti usum felicem.

Unguenta hæc sunt varia, potiora adducemus.

Rudii unguentum, quod singulari & ampliori cacabo conficit, & tam felicis operationis est, ut ipso teste, ne unus perierit, tale est.

EZ. $\frac{1}{2}$ iū vivi $\frac{1}{2}$ iū. axungiæ suillæ non salitæ $\frac{1}{2}$ iū.

maстich. Chia pulv. $\frac{1}{2}$ i. $\frac{1}{2}$ masti b. $\frac{1}{2}$ iū.

M. $\frac{1}{2}$ iūs cum axung. Admisiſtis cæteris coq. ad consistent.

Epiphanii Ferdinandi hoc est:

EZ. terebinth. Venetæ $\frac{1}{2}$ i. $\frac{1}{2}$ iū $\frac{1}{2}$ viij. Misc. add.

axung. porcina $\frac{1}{2}$ viij. cerussa, litbargyr. a. $\frac{1}{2}$ i.

$\frac{1}{2}$ amygd. dulc. amar. a. $\frac{1}{2}$ iū. pulv. cinam. 3*j.*

moschi g. v. M. F. s. a. Unguentum.

Herculis Saxonie de plicâ linimentum tale:

EZ. argenti vivi $\frac{1}{2}$ vj. axung. suillæ non salitæ $\frac{1}{2}$ iū.

mortificetur. Add. medull. crur. human. $\frac{1}{2}$ i.

pingued. galline, anat. anseris a. $\frac{1}{2}$ iū. $\frac{1}{2}$ chamæm.

lauri, rutacei, costini a. $\frac{1}{2}$ iū. terebinth. larigne $\frac{1}{2}$ iū.

sinapi piperis a. 3j. ireos, baccar. lauri, beton.

stach. a. 3ij. theriacæ 3ij. croci 3j. M. F. Linim.

Hildani unguentum:

R. *axung. porcinæ 1/2j. pingued. bum. 3iv.*

80 salv. junip. a. 3ij. styrac. calam. benzoin,

masticb. a. 3ij. theriacæ, mithrid. a. 3ij. argenti

vivi 3ij. Agitentur in mortario sive vitreato vase.

Leonhardus Botallus de lue & reâ aliquot recenset :

R. *butyri rec. 3v. 80 amygd. amar. 3ij.*

hydrargyri tenuiss. 3ij. cera alba 3ij. M.

R. *axung. porci 3v. 80 amygd. amar.*

medull. vitul. a. 3ij. 80 lauri 3ij. styrac.

liquid. 3ij. 80 de spicâ 3iv. hydrarg. 3ij. cera alba 3iiij. M.

Casparis Calderæ de Heredia in illustre ad tribunal medicum.

R. *2ii optim. c. salivæ extincti 3ij. pingued. porc.*

non salite in R. lotæ 3vij. Misc. add.

80 mastich. 3ij. pulv. mastich. 3i. 80 lignis. 3i.

scorpion. Matthioli 3ij. croci 3ij. 80 caryoph. 3j.

medullæ parum. M. F. Ungv. valde pretiosum.

Augustanorum unguentum nimiâ ingredientium far-
agine cumulatum, correxit Zvelfferus.

Ex his eligere potest, quodcunque quis velit. Nos
 sequentem amplectimur componendi modum *Rofincian-*
nū, & iale unguentum, τάυτης ἡ θεραπείας πλείστα ἔχωμεν πεῖσαν,
cujus curationis multam habemus experientiam;

R. *2ii vivi 3v. pingued. suille non salite 1/2j.*

Teratur pinguedo in mortario marmoreo, ligneo, vel
 lapideo, non alio, pistillo, sensim sensimque 2ii particulas
 adfundendo, terantur invicem, donec 2ius planè absor-
 ptus dispareat: add. *masticb. 3j. fol. salv. rorismar. a. 3ij. pul-*
pæ pom. borsdorff. vel aliorum pomorum redolentium dulc. n.
3ij. iv.

M. iterum in mortario.

Hujus

Hujus inunctionis considerari debet

QUANTITAS. Præstat à parvâ incipere dosi, instar pisi minusculi, præprimis in debilioribus & infantibus. Imò pueri infecto sufficere, si propter inunctum dormiat, exigitur Ferdinand.

Debiles alternis diebus, robusti quotidie, ad scendendo semper usque ad salivationis apparentiam, *Tileman. in aphor.*

Interdum tamen interponendæ inunctionum feriæ, ne sputum statim abundans, vel suffocationem, vel anginam, vel paralysin, vel apoplexiæ inducat.

TEMPUS inungendi est aurora, ipsis medicamentis amica. Nonnulli etiam vespertinum admittunt.

LOCA sunt nota. Communiter sunt juncturæ artuum. Alii addunt regionem spinæ. Primo in inferioribus, deinde in superioribus juncturis inungunt.

MODUS inungendi talis est calidum unguentum in conclavi calido vel tepido juncturis infretetur, vel digitis, vel chirothecis, ut vult *Rhodius ad Sept. al.* Post in lecto, vel conclavi ad majorem penetrantiam æger se sustentet.

Hic modus utut optimus omnium videatur, observantur tamen alii, quorum quidam fit

z. Per ZONAM, CINGULUM seu ARMILLAS MERCURIALES, hujusmodi in scabiosis admodum refractariis salutares observavimus.

Parant variè, ex cingulo coriaceo, impleto *lio vivo,* axung. quadam, vel succo pomor. &c nudis lumbis felici cum successu salivationis applicant. *Rulandinum cingulum:*

Ex. *lii vivi* *iiiij.* *oo* *Oli* *3B.* *caryoph.* *3j.*

bemolinis, *Δris* a. *iiiij.* *gemmae* *iiib.* *cerae* q. f.

F. Massa indenda cingulo coriaceo.

3. Per

3. Per επιπλάσεων, emplasti^gri^gialis applicationem. Hic modus maximè placet Rondeletio.

Communis notitiae est empl. de ranis cum ♀io Vigenis, descriptum & correctum à Zuvelffero.

Epiphanii Ferdinandi bīst. med. 17. tale:

Ez. empl. de meliloto, oxycrocei a. ℥vj.

♀ii vivi cum terebintb. opt. extindt. ʒvij.

o^o ligni s. q. s. F. Emplastrum.

4. Per LOTIONEM.

Ez. ♀i ~~l~~ti ʒi. □scabios. fumar. rosar. a. ʒvij.

salviae ʒvj. Decoq. ad solut.

Cum hāc spongiā imbutā foveantur manē & vesperi artus.

5. Per κάπνιον, suffumigationem. Hanc forte, suffituum alias patronus incomparabilis, *Helmontius*, magni aestimaret, sed rejiciunt, tanquam remedium periculosius *Sebiz.* in manual. pr. & P. *Poterius cent. I. obs. 68.*

Nostrum itaque vix eam approbat seculum:

Laudamus veteres, sed nostris utimur annis.

Suffitūs exemplar:

Ez. styrac. calam. baccar. junip. ladania. ʒij.

myrrhae, mastich. a. ʒij. cinnabaris ʒiib. M.

CAPUT VII.

Post inunctionem observanda.

Dum autem hāc talia ♀alia intus & extrā adhibentur, non negligenda erit victus ratio, quā neglectā plures ægri pessimè habent. Diæta sit mediocris.

Interim evacuationibus per purgantia post aliquot dies studendum, & sanguinem purificantia, partitis & mutatis vicibus adsumenda.

Varia hāc sunt, præprimis ♀iata, & ex lignis parata medicamina. Hujus commatis sunt ♀ium diaphor. tinctura ♀ii,

tinctura Oris, & eff. lign. simplex vel compos. & C.C. & C.C. & generosiora plura.

Pro potu ordinario præscribi poterit decoct. ex lign. simplex vel cum C.C. compos. vel seq.

R. Spec. alterant. cuilibet affectui, in quo hæc salivatio adhibetur, appropriatarum, Miß.

ligni sancti 3j. sassafras 3B. uvar. Corintb. 3ijj.

sem. fœnic. anisi a. 3B. bord. excort. Mij.

Coq. in s. q. □ comm. Colatura servetur pro potu ordinario, cuius canthari dimidio instillari semper possunt guttulae: o. 30. supra dictarū tincturarum sanguinem depurantiū.

Inter salivandum præscribit alternis diebus clysteres sylvat.

Symptomatibus occurrunt alia remedia, quæ suppeditant practici. V. S. laudat Fallopius ad inhibendam fauum inflammationem.

Os eluendum font. vel gargarismate, in ulceribus ex ros. rubr. balaust. cum lacte, vel □ bordei & melle ros. sir. plantag. & berber. Vel tali:

R. □ plantag. lbij. ros. lbB. sir. myrti, diamori,
conf. ros. rubr. a. 3j. Fati parum. M. F.

Si salivationi plura obveniant symptomata, loca inuncta sunt vino, aut decocto salviæ abluenda.

Tempore somni æger in latere decumbat, aperto ore, indito strophio, quo salivæ pateat liberior exitus.

Non statim inhibenda salivatio, in hoc enim præcipuus scopus versatur, quò sufficenter procedat.

Si tamen inhibitio necessaria, frigida lintermina venis & arteriis carotidibus applicata, suadent.

Omne etiam punctum complent opiate internè exhibita, quorum usum felicissimum olim expertus experientissimus Rofinicus.

Aurum singulare amicitia xium ex corpore evocat, & ideo salivationem sistit. Applicatur affricando externè, vel in ore detinetur. Detentum albescit ex attracto xio, injicitur igni, depuratur, iterumque in os immittitur.

Hâc methodo quondam usus in nimiâ salivatione *il-lustris Roffinius*. Applicuit & affricuit externè nummos aureos, internè in ore detinendos subministravit itidē nummos aureos, quibus sese insinuavit *fius*, & eâ ratione salivatio sublata, adhibito, partitis simul vicibus, *laudano opato*.

Post curationem vestimenta mutanda, aut lavanda.

Hæc sunt, de SALIVATIONE MERCURIALI quæ brevissimis exponere nobis licuit.

Nos non cuivis medico, nec chirurgo hanc curandi methodum, sed omnia rectè pensitanti, commendamus.

Est curatio heroica, non pygmæa, ideoque generosè tractanda. Extremis morbis, extrema applicanda remedia, licet videantur periculosiora.

Relinquimus morem illum illis, qui autore *Ballonio lib. 1. cons. 28.* in magnis ponunt, & nobilitatis insigne existmant, semel Iue Gallicâ laborare, potius ex *Horatio* acclamamus :

Desine matronas sectarier : unde laboris plus baurire licet, quam ex re decerpere fructus.

Elegantissimis *Plinii ad Vesp. August.* verbis : Res ardua est, vetustis novitatem dare, novis autoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, omnibus vero fastiditis gratiam, dubiis fidem, omnibus vero naturam, & naturæ sua omnia : concludentes.

TERMINALIA ponimus,
Deoque Opt. Max. pro hactenus concessâ gratiâ
devotas immortalesque agimus grat. s.

Π ΑΡ ΕΡ ΓΑ.

I. **K**αῦμα illud, & fugax totius corporis calor, quem appellant die fliegende Hize/est unum ex symptomatibus, quæ plus i. o. annotantur à practicis, scorbuti, estque ab æstuatione seri hæc φλόγωσις.

II. Hippum

II. Hippum oculorum, seu motum illum quasi convulsorium palpebrarum, esse à sero flatuoso, stabulante inductibus palpebrarum lymphaticis, fausto nuperrimè side-re, ab anatomico *Julia felicissimo, excellentissimo Dn. D. Henrico Meibomio* detectis, & peculiari epistolà descriptis, vero admodum consentaneum.

III. Convulsionum causa ut plurimum, sed non semper, sunt flatus. Plus tribuitur flatibus, quām merentur.

IV. A sero, in arthritico - scorbutico vagas musculorum femoris convulsiones tales observavimus, ac si mures vel animalia alia sub cute hinc inde currerent, V. S. & anti-scorbuticas restituto.

V. Rarus est affectus, quem in quellà 17. annor. ex mensibus imminutis, vidimus. Solvebatur citra aliam molestiam in perpetuum cachinnum, à quo dimoveri non potuit. Risum appellabat *Sardonium excellent. Dn. D. Stockhausius poliater Goslariensis meritissimus*, seque bina solummodo exempla observasse, asserebat.

Plura exempla *Schenck. in obs. bina itidem Hellerius lib. 1. c. 19. in scbol. in duabus filiabus præfulis Rhomagensis annotavit.*

Causam probabilem ex *Senn. lib. 4. part. 2 sect. 3. cap. 4. in prax. hanc exhibemus*: risum illum accidere, vaporibus ab utero elevatis sese in membranas thoracis, & hypochondria insinuantibus. Sicut enim alias, si latera digitis contrectentur & titillentur, risus excitatur, qui non cessat, donec titillatio cessaet, ita simile quid à vaporibus acribus vel licantibus fieri potest.

VI. Apoplexia est 1. ab obstruktione nervorum communiter à pituitosâ materia. Unde jam paria nervorum inferiora lœduntur, illa sis superioribus, ut motu denegato subsistat videndi & audiendi facultas. 2. ab obstruktione arte-

riarū carotidum. Nec 3. paradoxon est illud Niemannī, fieri ab obstructis venis. Restagnans enim sanguis valet nervorū principia obstruere.

VII. In hujusmodi apoplexiā sanguineā an possint exhiberi spiritus cephalici, apoplectici? Negant nonnulli. Verum aliquid agendum est in summo necessitatis casu: periculum tantum non est, dosis non sit excedens, recreantur spiritus: & ultimum sunt hujusmodi calida asylum.

VIII. Si ventriculus laboret frigidā intemperie, reliqua viscera calidā, *ἀνταξίαν* viscerum appellat Senn. lib. 3. pr. part. 5. sect. 1. cap. 3.

IX. Mensium fluxus in plurimis binos anticipat dies, ut sic nonnullæ, anni spatio, 13. vicibus per uterus purgentur, annotante Hoffmanno in exerc. juvenil. ad Laurent.

X. Non subscribimus Helmontio tract. blas hum. § 6. omnes in infirmitatibus naturæ conatus esse symptomaticos, nullos criticos, afferenti.

XI. Sal cornu cervi, penetrantissimum remedium, vix integris viribus servari poterit, avolat enim subtilissima pars. Nec fœtor ipsi potest adimi, si enim adimitur, ut & tui ~~¶~~ ri, & ipsa virtus adimitur.

XII. Delectum venarum non multum aestimamus. Rudiores medici, scribit *Sanctorius Sanctorii* in meth. vit. error. in medic. pag. 194. affecto splene solent secare salvatellam, perinde ac salvatella à splene produceretur, cum nulla sympathia lienis cum cubito, & splene, neque ulla venarum origo. Cur autem aliquando sequatur emolumentum, est, quod à sectâ evacuatur sanguis venâ, & viscera inde restituantur. Approbat tamen Sennert. in paralpom. sectionem salvatellæ in spleneticis, cum Spigelio, ob arteriarum anastomoses contiguas.

CLARISSIMO atque EXPERIENTISSIMO

TRUMPHIO,

MEDICINÆ LICENTIATO, PRACTICO

FELICISSIMO, PRÆSIDI DIGNISSIMO,

de auspiciatis his conatibus gratulatur,

ut &

PRÆEXIMIO, DOCTISSIMO QVE

CAPELLE,

Medicinæ cultori indefesso,

EUGE BONUM FACTUM!

adclamat

GUERNERUS ROLFINCIUS, PHIL. MED. D.

PRACT. ET CHIM. P. P. ACAD. SENIOR,

& p. t. DECANUS.

ARtis Pæoniæ, TRUMPHI! clarissime cultor,
delitiumque patris, calido dum pectore toto
concipis insignes motus, atque ubere fretus
divitis ingenii cultu, tua tollere cœlo
nomina scribendo famamque extendere factis
incipis, & meritis vitæ farcire ruinam,
DOCTORUM lateri sociaris in ordine primo.
Macte illis animi donis! virtute vigescat
gloria per patulum pennis quatientibus orbem,
sic Medicina tuum nomen super astra reponet!

Nos Tibi gratiamur pariter, votisque tuorum
nostra quoque ingerimus: FELICITER OMNIA CE-
DANT!

Te quoque cor sapiens, CAPELLE, & gratia vultus

eximit è populo, cathedrâ sîstitque videndum.
Virtuti FORTUNA FAVE! irrequiete labore
decurras stadium hoc: laudes sic fama loquetur.

Corpore quô pellas morbos
mediante salivâ,
restat, docte CAPELL, unica
cura Tibi.

Ardua tractanti hæc Tibi spondet
munera Phœbus
ardua, quæ seclò solvier haud po-
terunt.

*Politissimi atq; Præstantissimi Domini Capelle
laudabiles conatus hisce prosequitur*

Joh. Arnold. Friderici, D.P.P.

Subtiles Medicas tentas perquirere curas,
ac cathedram plenâ scandere laude studes.
Perge ita; gratantur Musæ; si pergis, & inde
contingent meritis præmia digna Tuis.

Id quod ex animo optat Amico & consalino suo amant.
Johann. Georg. Klein / D.
Ptysmata

PTYSMATA docta moves, facilis TIBI ridet Apollo,
promittit studiis præmia digna tuis.

His

*speciosissimos in studio medico progressus
clarè docti Dn. CAPELL
commendat*

PRÆSES.

Que l'homme seroit heureus
sis toutes ses connoissances
ses Vertus & les sciences
Et son esprit merueilleus
Le rendoient assès habile
Assès ioyeus & tranquile
Pour se mocquer du destin
Ou si ses melancolies
Son chagrin , ses maladies
Narguoient le Medicin.

Mais , Amy , tout u'est que veut
Rien de tous ces belles choses.
Ny tuos les Lys, ny les Roses
Ne le font pas plus content
Qu' il scit scavant qu' il scit rihe
Qu'il courre mieus qu'une Biche
Sans la Santé ce u'est rien.

De

De tout ce qu'on Voit au Monde
Ou sur la Terre ou sur L'Onde
Santé c'est le meilleur Bien.

Ainsy ton docte traité
Doit étre au tems ou nous sommes
Bien receu de tous les Hommes,
Qui recherchent la santé
Si tu poursuis tes services
Tu Nous rendras plus d' offices.

Quet'on grand Pere Hippocras
Je le crois, même ie pense
Que pour Viure en assurance
Il faut étre entre tes bras.

*Pour Assurance de l' Amitie, que i' ay pour Monsieur
Capell mon cher amy & Compatriote, l' ay
voulu adiouter ces lignes*

JOSSE HERMAN Kredé.

F I N I S.

